3. Tagebuchbeilagen

Öffentliche Bekanntmachung der Relegation von Joachim Friedrich Netze und Johann Christian Ulrich von der Universität Halle.

Netze, Joachim Friedrich

Halle (Saale), 07.04.1723

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-155165

PRO-RECTOR, DIRECTOR, CANCELLARIVS AC PROFESSORES RELIQVI FRIDERICIANÆ.

QVousque tandem gloria Academiæ deformabitur noſtræ? Neque enim poſſumus diſſimulare, nouo inſolentiæ exemplo ſtudioſos Theologiæ duos, virtutis ratione neglecta & lumine ſanctitatis extincto, vino madidos atque efferatos ſcelere honeſtorum ciuium feneſtris noctu intuliſſe cladem gladiisque nudatis ita oberraſſe in ciuitate, vt a ſtatu mentis ſeſe deiectos nunc demum fateantur ipſimet. Ac ſunt iſti nominatim

JOACHIMVS FRIDERICVS NEZE,

&

JOANNES CHRISTIANVS VLRICH, Magdeburgicæ Prouinciæ ciues,

homines in tenebris ruentes omniaque temere commiſcentes perturbantesque, quamuis REX Sereniſſimus ſeueriſſimas pœnas atque infamiam iuris certiſſimam ſibi ſubditis denuntiauerit nuper, ſi qui denuo publicæ quietis ſilentia rumperent, ſeditioſaque ratione ciuibus inſultarent. Quocirca facile eſt *ad intelligendum*, grauiter hoſce in graſſatores nocturnos fore animaduertendum, eorumque ſubruendas fortunas omnes, ſi iuri ſummo locus relinquendus. Sed cum vero impenſe vlulauerint, veniam precati, ac Parentum famæ ac nomini parcendum quodammodo exiſtimauerimus, vitæque caſtigatioris ſpem faciat vterque verbis ad miſericordiam excitandam compoſitis, idcirco vnanimi concilii decreto ſtatutum eſt, vt

JOACHIMVS FRIDERICVS NEZE,

itemque

JOANNES CHRISTIANVS VLRICH, Magdeburgici,

ab vrbe & ſuburbiis, quæ ſunt in illa, per TRIENNIVM abigerentur, vt tum ipſi intelligant relegati, quam ſit honeſtis hominibus odioſa ebrietas, atque inde profluens immanitas in omnes, tum etiam ceteri perpendant, tranquille vniuerſa atque moderate gerenda, niſi luce omni orbati concidere cupiant: penſitantes interea non ſine mentis ſollicitudine, eos demum ad veram gloriam effloreſcere, qui animum continent, libidinem refrænant, intemperantiæ repudium mittunt, & ordinem atque modum in omni officio conſeruant. P. P. Halæ Magdeburgicæ VII. Idus Aprilis MDCCXIII